



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XCVIII. De Sacrificii Huius Institutione & fructu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

DE SACRIFICII HVIVS INSTITVTIO-
ne & fructu.

§. **V** Trumque explicat Conc. Trident. sess. 22. cap. 1. & 2. Quoniam sub priori Testamento teste Apostolo Paulo Heb. 7. v. 11. propter Leuitici sacerdotii imbecillitate consum-

*Christus Sa-
cerdos neces-
sarius.*

matio non erat; oportuit, Deo Patre misericordiarum ita ordi-
nante, sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedec sur-
gere, Dominum nostrum Iesum Christum, qui posset omnes, quot-
quot sanctificandi essent, consummare & ad perfectum adducere.
Is igitur Deus, & Dominus noster, etsi semel seipsum in ara cru-
cis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut eternam il-

*Christus Sa-
cerdotium
aeternum
Heb. 9. v. 11.*

*Cur Eucha-
ristia sacri-
ficii insti-
tutum.*

lic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem sacerdo-
tium eius extinguendum non erat, in caena nouissima, qua no-
biscum tradebatur, ut dilectae sponse suae Ecclesiae visibile, sicut homi-
num natura exigit, relinqueret sacrificium, quo cruentum illud
semel in cruce peragendum, representaretur; eiusque memoria in
finem usque saeculi permaneret, atque illius salutaris virtus in re-
missionem eorum, quae a nobis quotidie committuntur, pecca-

*Christus in
Ultimacena
sacrificauit.
Apostoli in
caena Sacer-
dotes creati.*


torum applicaretur; sacerdotem secundum ordinem Melchise-
dec se in aeternum constitutum declarans, corpus & sanguinem
suum sub speciebus panis & vini Deo Patri obtulit; ac sub ca-
rundem rerum Symbolis Apostolis, quos tum noui Testamenti
sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit, & eisdem, eorum-
que in sacerdotio successoribus, ut offerrent, praecipit per haec ver-
ba. Hoc facite in meam commemorationem: uti semper Ca-

*A Christo
sacrificandi
mandatum
datum.*

tholica Ecclesia intellexit, & docuit, nam celebrato veteri Pascha, quod in memoriam exitus de Aegypto multitudo filiorum
Israel immolabat, nouum instituit Pascha, se ipsum ab Ecclesia
per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam
transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis
effusionem nos redemit, eripuitque de potestate tenebrarum & in
regnum

regnum suum transtulit. Et hæc quidem illa munda oblatio <sup>Sacrifici-
um malitia</sup>
est, quæ nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari ^{ipsos coram}
potest: quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod ma- ^{nat, non sa-}
gnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offeren- ^{crificium.}
dam prædixit: & quam non obscure innuit Apostolus Paulus ^{Apostolus}
Corinthiis scribens, cum dicit: Non posse eos, qui participatio- ^{Missæ sacri-}
ne mensæ Demoniorum polluti sunt, mensæ Domini participes ^{ficiam insi-}
feri, per mensam altare utrobique intelligens. Hæc denique illa ^{nuat.}
est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ & legis tempore, simi-
litudines figuratur, utpote quæ bona omnia, per illa signifi-
cantia, velut illorum omnium consummatio & perfectio com-
pletur.

§. Cap. 2. Et quoniam in diuino hoc sacrificio quod in mis- ^{Idem Salus}
sæperagitur, idem ille Christus continetur, & in cruce immo- ^{tor in cruce}
latur, qui in ara crucis semel seipsum cruento obrulit, docet ^{& Missæ in-}
sanctæ Synodus, sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ^{molatus.}
ipsum fieri, ut si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & ^{fructus mis-}
reuerentia, contriti, ac penitentes ad Deum accedamus, mise- ^{sa sacrificii.}
ricordiam consequamur, & gratiam inueniamus in duxilio ^{Minuta pec-}
opportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus grati- ^{cata cond-}
am, & donum penitentia concedens, crimina & peccata, et- ^{grandia de-}
tam inuentia, dimittit. Vna enim eademque est hostia, idem ^{lentis peni-}
nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce ^{tentia gra-}
obtulit, sola offerendi ratione diuersa. Cuius quidem oblatio- ^{tur.}
nis cruenta, inquam, fructus per hanc yberrime percipiuntur: ^{Sacrificio}
tantum abest, ut illi per hanc quouis modo derogetur, Quare ^{Missæ suppli-}
non solum pro fidelium viuorum peccatis, poenis & satisfactio- ^{um & vi-}
nibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in Chri- ^{uis & defun-}
stonandum ad plenum purgatis, rite, iuxta ^{ctis remitti-}
Apostolorum traditionem of-
fertur.



Q 2

CAP